

Vita S. Anskarii.

Praefati itaque servi Dei cum eo positi et aliquando inter Christianos aliquando inter paganos constituti, coeperunt verbo Dei insistere et quoslibet poterant, ad viam veritatis monere.

Multi etiam exemplo et doctrina eorum ad fidem convertebantur

et crescebant cotidie qui salvi fierent in Domino.

Ipsi quoque divino inspirati amore ad promulgandam devotionis suae religionem coeperunt curiose *pueros* quaerere, quos eumerent et *ad Dei servitium educarent*...

Alios quoque hinc inde sibi asciverunt servitores et adjuutores: coepitque eorum fama et *religio* in Dei nomine fructuosius *crescere*.

Cum itaque in hoc sancto proposito biennio aut eo amplius morarentur, contigit iam dictum fratrem Autbertum infirmitatis *gracari* molestia. Qua de causa inde ad novam Corbejam deductus, languore diutino *ingravescens*, *felici* ut credimus *transitu in tem-*

Chron. Corb.

in littore genibus precatos esse; inter gentes se evangelizasse semper ac multos docuisse et confirmasse animam regis Herioldi, et ut perseveraret in fide, eum ac suos diligenter exhortatos esse. Cum autem *rex semper pacifice consistere non potuisset*, se semper eum secutos esse et dixisse: oportere nos per multas afflictiones intrare regnum Dei.

Multos inter Danos gratia Dei et salutari doctrina I. C. conversos et baptizatos esse:

Autbertus porro referebat, et, ut christiana religio inter Danos eo celerius *crescere* posset, se scholam inter illos jam crexisse, in quam *quosdam pueros* recepissent

qui ad laudem Dei et *servitium* I. C. erudirentur atque *educarentur*.

Spem se habere, *tandem asserebat*, ut religio christiana in septentrionalibus populis *crescat* et confirmetur: messem esse copiosam, operarios autem paucos, rogandum ergo esse illum, ut multos extrudat operarios in messem suam. —

Autberti morbo cotidie *ingravescens*, ille animam communionem corporis et sanguinis Domini nostri percepta, in manus eius commendavit

et feria I. *paschatos* spiritum exhalavit et *felici transitu diem clausit extremum*.